



**Philippi Servii E Societate Iesv Amicus Fidelis Vsqve Ad  
Mortem: Sive Modvs Ivvandi Moribvndos, Ægris, Sanisqve  
Perinde Vtilis**

**Servius, Philippe**

**Leodii, 1648**

§. Secvndvs. Quanam potiſſimum in Amico fideli desiderantur?

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60032](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-60032)

## §. SECUNDVS.

*Quænam potissimum in Amico fidelis  
desiderantur?*

**T**ria debet ægro Amicus fidelis : obsequium , compassionem , siue doloris , ex dolore eius , significacionem ; nec non consolationem . Hisce considerationibus ad id operis excitet se . 1. An non ego fortunatus , cui nobilis hæc prouincia obtigit , in qua , vi- tæ suæ partem non exiguum posuit Christus Seruator meus ? 2. O quam iucundum erit in decretorio illo ex- tremi iudicij die , audire verba ista mellea ! *Venite benedicti Patris mei; posse Math.  
dete regnum, &c. Æger fui & visitasti 25.  
me, in luctu eram, & consolasti estis  
me. Si casu dolet digitus, confessim  
ad illum iuuandum oculorum orbis  
conuertuntur. Si Iæsus est pes, sine  
mora pedi manus opitulatur. Nonne  
sumus vnius corporis membra? Absit  
ergo, vt alter alteri, quod in nobis e-  
rit, caritatis hoc obsequium denegemus , aut malignè præstemus.*

Amici fidelis intentio purissima es-

A 4

se

se, nec aliò ferri debet quām vt anima, Christi redempta sanguine, finem suum, qui est æterna beatitudo, consequatur.

Optandum est vt non mediocriter versatus sit in rebus spiritualibus, & vt prudentiam gratiamque habeat cum omni hominum genere vtiliter conversandi : aliter enim cum doctis & ingeniosis, aliter cum indoctis ac rudibus gerere se debet : illis, pauca & selecta, his, paulò plura, eaque magis explicata sugerenda erunt ; neque sempere odem modo cū his, vel cum illis procedendum : Videndum enim an qui inuisuntur sensibus adhuc vigeant, an fortè morbus reddiderit illos hebetiores : videndum an graui-  
ter, an leuiuscule cum doloribus con-  
flictentur. Habenda interdum circū-  
stantium ratio, quibus subinde oppor-  
tunè dicta prodesse poterunt. Cauen-  
dum autem ne vno contextu, ne pro-  
peranter nimis, ne vno tono dicantur  
omnia ; filum de industria interrum-  
pendum, silentioque indulgendum, v-  
xer audita melius digerat, & cre-  
briori-

P A R S P R I M A.

9

brioribus interrogationibus fortè fa-  
tigatus nonnihil interquiescat.

Verba ipsa candida sint, fuci omnis  
expertia; loquendi modus natuus, ab  
omni fastu & affectatione remotus.  
Benè fecerit Amicus fidelis, si res ip-  
sas quæ dicendæ sunt, modumque di-  
cendi ac ordinem præmeditetur: nam  
si alijs in negotijs, in hoc maximè vi-  
dendum est quid, quando, quomodo,  
quatenus.

S. Ignatius Loyola, part. 4. const.  
c. 8. §. 7. Curandum est, inquit, vt ea ,  
quæ ad benè moriendum conferunt, „  
qui que modus in eo tempore in quo „  
tantum est momenti ad finem vlti- „  
mū æternæ felicitatis consequendum, „  
vel ab ea excidendum teneri debeat, „  
intelligatur. Sacerdotibus verò, qui „  
euocantur ad iuuandos eos qui mor- „  
ti vicini sunt, præscribitur, vt ea in „  
promptu habeant quæ usui esse pos- „  
sint: vtque tamdiu illis adsint quam- „  
diu sola necessitas postulabit.

A 5      §. TER-